



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum SS. Nominis Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

FESTUM
SS. NOMINIS
MARIÆ.

THESIS I. *Nomen Virginis MARIA. Nomen B.*
Luc. i. v. 27. Quinque sunt *V.*
literæ Nominis *MARIÆ*: M. Ma-
ter Universorum. A. Arca Thesau-
rorum. R. Regula Viatorum. I.
Iaculum Inimicorum. A. Advocata
Peccatorum. Ita S. Antonin. p. 4. t. 15.
c. 14. §. 3.

THESIS II. *Nomen Virginis MA. Efficax.*
RIA. Luc. i. v. 27. Nomen ejus si-
cut & *JESU* efficacissimum est. I.
Terrens Dæmones. II. Lætificans
Angelos. III. Recreans Peccatores.
IV. Et Accendens Justos. Salmeron.
tom. 3. tract. 4. de Incarnat.

THESIS III. *Nomen Virginis MA. Terribile.*
RIA. Luc. i. v. 27. Non sic timent
hostes visibiles hostium multitudinem
copiosam, sicut *Aëreæ Potestates MA-*
R *RIÆ*

RIÆ I. Vocabulum. II. Patrocinium. III. Exemplum. S. Bern.

Figura.

THESIS IV. *Novi se ex Nomine.*
 Exod. 33. v. 12. I. *Eva* fuit figura
 ejus Innocentiæ. II. *Debora* ejus Ge-
 nerositatis. III. *Abigail* ejus Mode-
 stitiæ. IV. *Lia* ejus Fœcunditatis. V.
Rachel ejus Pulchritudinis. VI. *Ju-
 dith* ejus Puritatis. VII. *Esther* ejus
 Majestatis. VIII. *Ruth* ejus Humi-
 litatis.

*Nomen
 Virginis
 prapotens.*

THESIS V. *Pete Mater mea!*
neque enim fas est, ut avertam faciem tuam.
 3. Reg. 2. v. 20. Velocior est non-
 nunquam Salus memorato Nomine
 Virginis, quàm invocato Nomine Do-
 mini JESU; & quidem non ideo fit,
 quòd ipsa major, & potentior eo fit;
 neque enim ipse Magnus & Potens per
 eam, sed illa per ipsum. S. Anselm.
lib. de Excellentia Virg. Et utriusque
 causam affert; nam I. Christus Do-
 minus, & Judex omnium, discernens
 merita singulorum, dum suo Nomine
 invocatus non exaudit, justo judicio
 facit. II. Invocatus autem Nomine
 Matris suæ, & si merita invocantis non
 exaudiuntur, Merita Matris intercea-
 diunt.

dunt, & exaudiuntur. Id. ibid. apud
Diotallei Dom. s. post Pasch.

~~~~~

# FESTUM EXALTATIONIS S. CRUCIS.

THESIS I. *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce.* Gal. 6. v. 14. *Cruce non noranda.* An-  
nescis, quòd Cruce Spiritualis æque di-  
gna sit adoratione, quàm Materia-  
lis? una tetigerit Cor, altera Corpus  
Christi? Honora igitur Crucem tuam,  
Porta Crucem tuam, Ama Crucem  
tuam. I. *Honora illam*, quia Inventio  
Sapientiæ Divinæ est, quæ te per il-  
lam, tanquàm viam securissimam, li-  
cet occultam, ad Cælum ducit. II.  
*Porta illam*, quia Opus est Divinæ Justi-  
tiæ, & tu peccatis tuis longè gravio-  
rem meritus es. III. *Ama illam*, quia  
Donum Divinæ Bonitatis est, Testimo-  
nium Amoris sui, & Pignus securum  
Salutis tuæ. *Crasset in Medit. Festo In-  
vent. S. Crucis.*

R 2. FE.